



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

Cap. VI. De Jure civili.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

*Unde dicitur nomisma?*

Et non videtur, à lege, quod non à natura, sed à lege sit ortum, & idcirco in nobis situm, ut mutetur, vel inutile reddatur.

*Quid igitur factum ante nomismatis usum?*

Permutatio rerum facta fuit: ut apud Homerum dantur boves, æs, ferrum, mancipia.

CAP. VI.

De Jure civili.

*Quid est jus civile?*

Quod in societate & communione vite positum eo adhibetur, ut vel proportione vel numeri ratione satis magna sit multitudo hominum, qui liberi sunt, & æquo inter se jure vivunt.

*Inter quos igitur locum maximè habet jus civile?*

Inter homines liberos & æquales.

*Anne etiam inter herum & servum: item inter patrem & filios locum habet?*

Non magis filio cum patre, & servo cum domino jus est quam pedi aut manui cum toto corpore: filius enim pars quædam est patris.

CAP. VII.

De pleniore juris distributione.

*Quotuplex est jus?*

Duplex. Aliud naturale, aliud legitimum.

*Quid est jus naturale?*

Quod ex ipsa natura ortum ducit, ut eadem